



Obra protegida por direitos de autor

André Rodriguez

LOCI COMMUNES  
SEXCENTIARUM  
ET EXEMPLORVM  
memorabilem, ex probatissimis  
scriptoribus probatissima cle-  
tione deprempti, liberaliū  
artium studiosis & Ca-  
tholicæ obseruationi  
consecratis per-  
utiles le-  
ctio.

52177

R  
4  
16

COLLIGEBAT  
*Andreas Eborensis.*



Anno M. D. LXIX.  
Quin. Cal. April.

*Quin Cal.*

**Licentia,**

Vidi integrum librum, & nihil inueni  
quod piis autem possit offendere, ideo  
cōcedo facultatem, ut possit mandari  
Typis. Olyssipone. 5. die nouembris.

M. D. LXVI.

Frater Emmanuel da Veiga,

in Librōrum Inquisitor.

XIXI. M. D. LIX

O. dñi. C. s. A. b. l. i. n.

W. v. 10.

**ORNATISSIMIS AC RE-**  
ligiosissimis Olyssiponensis Collegij ordinis  
Prædicatorum patribus. Andreas Ebo-  
rensis, perpetuam fœlicitatem.

R  
4  
15  
  
Vanquá prior collectionū mea-  
rum fœtura apud liberales &  
studiosos viros optimè audit, &c  
nemo tā ingratus tāq; in alieno  
opere ingeniosus est, qui annos  
huic labori dicatos otiosos ūdi-  
cet: Ingenuè tamē fateor (dignis-  
simi patres) in opere quod vestrū est, quod vestrī  
cognomine gloriatur, aliquid amplius desiderari qđ  
vestri nominis deceat integritatē, quod erga vos a-  
nimi mei gratitudinē explicet. Manet enim alta mē-  
te repositum nouū beneficij genus, quod superio-  
ribus in me officijs in hoc opere adieci stis: dū tute-  
laribus litteris lucubrationum mearum vos patro-  
nos significasti, tanto in hoc beneficij genere vo-  
bis deuinctior, quanto epistolari sigillo alienæ cau-  
ſe rarius subscribitis. itaq; vt desiderio meo (vt ac-  
ceptis donis pro viribus respōdeam) quod vnū po-  
tui feci. accingor iterū operi, iterū horarum mearū  
& latro & cōputator effectus, cū domestica solicitu-  
dine facio diuortium, abrado, muto, addo, transcri-  
bo, vt opus iam inde ab initio sacris dicatum Me-  
sis, earum in terris vices gerentibus decenter offe-  
rā. Cum nuptiali igitur veste iterū nō bis offero, ad-  
mittite patres integerrimi. Et valete in dñō.

CONVENTVS. S. DOMI-  
nici Olyssipponensis, Andreæ  
Eborensi suo. S.

**P**ropter ost innumera beneficia, qui-  
bus nos tibi deuinctos habes-  
tis. Andreacandidissime, etiam  
hoc nouo beneficij genere de-  
uinctiores habere voluisti: dū  
nos laborum & vigiliarum tuarum nō mo-  
do participes, sed & patronos instituisti. pa-  
rum erat quod opibus tuis, & iocundissima  
consuetudine iuueris, nisi & litteris iuuares-  
etiam, & præclarissimis ingenij tui monumē-  
tis: præsertim cū non tantū nostris, sed om-  
nium etiam pie viuere volentium studijs tuæ  
eruditione iuueris, vix enim quicquā hoc eru-  
ditissimo seculo præstari poterat, quod ma-  
gis in rem omnis generis studiorum foret. De  
laude enim locorum cōmuniū, qui de vitijs

G

et virtutibus tradunt, nihil est quod in praesentia dicamus. Quid enim aliud est in vita aut utilius, aut iucundius, aut magis necessarium? Quid agit Philosophia, aut Theologia? quid denique ipsae litterae sacrae? Quid aliud conuenientius ac dignius potest concionatus pro suggestu tractare? Tolle a ceteris doctribus, tolle vel ab uno Chrysostomo quae ille passim inserit de locis communibus, dum in libidinem, aut auaritiam, aut in ebrietatem, aut in intemperantiam proclamat. Aut rursus dum totus in laudes fortitudinis, patientiae, liberalitatis ac pietatis effunditur, quid in illo iam reliquum erit? Porro de ipsis locis scriptere multi, et non contemnendae eruditio nis viri, scribunt et passim studiosiores, dum unusquisque in abditis suis thesaurum recedit insignium sententiarum et exemplorum: quod nemo sine huiusmodi penus, atque, ut ita dixerim, suppellectile satis se instruetum esse ad

agendum arbitratur: Sed tamen inter alios  
collectores multiplex tibi debetur gratia:  
Primum quod omnes quidem qui de hac re  
scripsierunt diligenter perlegisti. Deinde  
quod in sententijs exemplisque eligendis (quae  
principia huius negotij pars est) accuratissi-  
mum iuditium adhibuisti, dum humilia: aut  
vulgaria, aut nimium protrita prætermittens,  
præstantissima queque selegisti. Tertio  
quod multa quoque in commune tuis parta la-  
boribus addidisti, ut huc sapientiae thesau-  
rū locupletares. Habet igitur p[ro]p[ter]eum omnes quod  
per nos tibi debeant, nos per te Deo. Quite  
pro munere isto (honoratur enim in seruis  
suis) decorabit laudis & pietatis laurea: &  
nos atque adeò tota haec prouincia immortales  
gratias agit. **V A L E.**

Jessemur [ ] est  
nunc quoque moto  
dominique Cardozos emauerit

**AUTORVM NOMINA, EX QVIBVS DE-**  
cerptæ sunt sententiæ & exempla,  
quæ in his duabus tomis congregata sunt.

**Græci Autores.**

Aristoteles.

Plato.

Homerus.

Plutarchus.

Diog. Laërtius.

Lucianus.

Chrysippus.

Euripides.

Demosthenes.

Esquines.

Xenophon.

Apuleius.

Sodiades.

Democritus.

Hesiodus.

Theocritus.

Scobeus.

**Latini.**

Seneca.

Quintilianus.

Cicero.

Liuius.

Aulus Gellius.

Valer. Max.

Plinius Senior.

Plinius Iunior.

Iustinus.

Columella.

Cato de Re Rust.

Cæsaris cōmentarij.

Suetonius Tranq.

Plautus.

Publius Mimus.

Iuuenalis.

Vergilius.

Martialis.

Ouidius.

Horatius.

Lucanus.

Propertius.

ijij

Quint.

**Quint.Cur.**  
**Saliustius.**  
**Silvius Italicus.**  
**Marcus Varro.**  
**Strabo.**  
**Fabius Pictor.**  
**Solinus.**  
**Persius.**

**Sacri.**

**Beatus August.**  
**B.Hieronymus.**  
**B.Bernardus.**  
**B.Ambrosius.**  
**B.Gregorius.**  
**B.Chrysostomus.**  
**B.Cyprianus.**  
**B.Anselmus.**  
**B.Leo Papa.**  
**B.Antoninus.**  
**B.Hilarius.**  
**B.Remigius.**

**Illustres viri Chri-  
stiani.**

**Nazanenus.**  
**Tertullianus.**

**Isidorus.**  
**Hugo.**  
**Valer.Episc.**  
**Lact.Firm.**  
**Platina de vitis Pontif.**  
**Vegetius.**  
**Cassiodorus.**  
**Claudianus.**  
**Volaterranus.**  
**Iurisconsulti.**  
**Casianus.**  
**Origenes.**  
**Damascenus.**  
**Petrus Bleſ.**  
**Richardus.**  
**Innocentius.**  
**Cæsarius.**  
**Petr.Damianus.**  
**Theodorus Gaza.**  
**Dionifius.**  
**Prosper.**  
**Sabellicus.**  
**Fulgosius.**  
**Alanus.**  
**Guido in exemplorum  
libro.**  
**Marullus.**

**INDEX**

*Index locorum communium in hoc senten-*  
*tiarum memorabilium volumine*  
*contentorū, ordine Alpha-*  
*betico digestus.*

<b>A</b> bsolutio.	146	Amor erga Deum.	55
Abstinentia.	140	Amor erga proximū.	57
Absentia.	318	Angelus,	17
Abundantia.	322	Anima.	155
Abusio.	200	Antiquitas.	328
Accusatio.	258	Apostolus.	29
Admiratio.	133	Aqua.	290
Adolescentia.	324	Argumentum	308
Aduentus.	9	Ars.	285
Aduersitas.	293	Ascensio.	15
Adulatio.	183	Auaritia.	203
Adulterium.	211	Audacia.	95
Affectus.	280	Auditus.	303
Affinitas.	303	Auxilium.	149
Affirmatio.	69		
Afflictio.	293	<b>B</b>	
Ager.	317	Baptismus.	124
Agricultura.	317	Beatitudo.	18
Altare.	132	Beatus.	20
Ambitio.	263	Benedictio.	25
Amicitia.	58	Beneficium.	160
Amor hominum.	52	Benignitas.	102

5 v

**C**

Bellum.	45
Bona & mala opera.	20
Bonitas.	87
Breuitas.	288

**C**

Alumnia.	202
Captiuitas.	250
Caro.	306
Castigatio.	309
Castitas.	151
Causa.	110
Cautela.	320
Cecitas.	289
Christianus.	45
Christus.	8
Cibus.	289
Ciuitas.	315
Clementia.	23
Clericus.	114
Cogitatio.	43
Cognitio.	284
Commoditas.	312
Concordia.	62
Concupiscentia.	211
Confessio.	125
Coniectura.	260
Conscientia.	130
Consideratio.	43

**D**

Consilium.	146
Consolatio.	148
Constantia.	48
Consuetudo.	314
Contemplatio.	42
Contemptus.	185
Continentia.	151
Contrarium.	263
Contritio.	127
Contumacia.	200
Conuersatio.	63
Conuersio.	142
Conuiuum.	290
Corpus.	306
Creatio.	134
Creatura.	134
Credulitas.	49
Crudelitas.	210
Crux.	11
Cultus Dei.	118
Cupiditas.	203
Cura.	250

**D**

Damnatus.	169
Damnum.	314
Debitum.	306
Defensio.	259

Desi-

D	E		
Desiderium.	280	Edificium.	318
Desimilitudo.	263	Educatio.	322
Desperatio.	173	Ætas.	327
Detractio.	181	Eternitas.	18
Deuitiae.	238	Eleemosyna.	138
Deuotio.	130	Electio.	112
Deus.	1	Eloquentia.	287
Deus Pater.	4	Emmendatio.	119
Deus Filius.	4	Emulatio.	263
Deus Spiritus sanctus.	5	Error.	205
Diabolus.	167	Euangelista.	38
Dies.	288	Euangelium.	38
Difficultas.	292	Eucharistia.	129
Dignitas.	82	Excusatio.	259
Disciplina.	108	Exemplum.	261
Discipulus.	108	Exercitium.	251
Diligentia.	254	Exercitus.	247
Discordia.	175	Exilium.	319
Discretio.	94	Experientia.	157
Dispensatio.	79		
Disputatio.	308	F	obut
Doctrina.	106		
Doctor.	106		
Dubitatio.	302	Facies.	305
Dux.	248	Fama.	257
		Fames.	291
		Fauor.	149
E		Feditas.	238
Brietas.	214	Finis.	30
Ecclesia.	32		

# AMOR ERGA PROXIMVM. 57

stitiam negligat: quām esurienti panis frangitur,  
vt seductus acquiescat iniustitiæ: & qui phreneti-  
cum ligat , & qui legathārgicum' excitat mole-  
stijs, ambos amat. Idem Epist.ad Vinc.

Qualem cupis esse erga te Deum, talis esto tu ipse cō  
seruo tuo. Aug.de Ver.Inn.

Quos fama bene cōmendat, seipso videre deside-  
rant. Ibidem.

Proximus hoc in loco non sanguinis propinquitate,  
sed rationis societate pēndus est: in qua socij sunt  
omnes homines . Nam si ratio pecuniæ socios fa-  
cit, quanto magis ratio naturæ: nō negotiandi, sed  
nascendi lēge communis. Aug.Epist.ad Maced.

Deum plenius amabimus, cum videbimus & proxio-  
num: quia Deus erit omnia in omnibus, nec falsæ  
cuiquam de proximo suspicioni erit locus, vbi nul-  
lus nulli erit occultus. Idem super Psal.57.

Volumus videri, & amari à vobis, quia vero in Chri-  
sto vos amamus, in Christo nos redamate. Idem  
super Ioan.

Non sic debemus amare homines , quomodo gulo-  
sus amat turdos : amat enim, vt occidat, & consu-  
mat. Sed amicitia, quādam est benevolentia, vt ali  
quid præstemus eis , quos amamus: quia si nō sit  
quod præstemus, sua benevolentia sufficit aman-  
ti. Augst.super Ioan.

In terra datur spiritus, vt diligatur proximus. E cœ-  
lo datur spiritus, vt diligatur De⁹. Sicut ergo vna  
est charitas , & duo sunt præcepta: ita unus spiri-  
tus,

## AMOR ERGA

tus, & duo dona. Greg. Hom. 23.

Probatio sanctitatis non est signa facere: sed unum  
quemque, ut se, diligere: de Deo vera cognoscere, de  
proximo vero meliora quam de semetipso senti-  
re. idem in Moral.

Est mihi (vir bone) ex Dei munere in magna conso-  
latione, quod opus sanctum, quod in me non ha-  
beo, diligo in te. idem in Reg.

Amor Dei amorem proximi generat: & amore proximi  
calefacit amor Dei. idem in Hom.

Qui pro peccato proximi feruentem effuderit la-  
chrymam, fratrem deplorando seipsum sanavit.  
Basil. in Hex.

Diligere nos ipsos debemus propter Deum. Ber. qdil. deo.  
Charitas ternario numero colligitur de corde pu-  
ro: conscientia bona: fide non facta. Puritatem de-  
bemus pro Christo. Conscientiam nobis: fidem  
Deo. idem in sent. suis.

Vtrunque teneo, dilectionem Dei, & proximi, cum te  
amo Domine Iesu qui Deus es: & proximus es: qui  
Deus & homo es. idem super Cant. ser. 60.

Si perpera aetum deprehendas, nec sic iudices prox-  
imum, magis autem excusa. Si opus excusare non  
potes, excusa intentionem: puta ignorantiam, pu-  
ta surreptionem, puta casum. Idem super Cant. ser. 40.

Disce Christiane a Christo, quem admodum diligas pro-  
ximum. disce amare dulciter, ne illectus: pruden-  
ter, ne deceptus: fortiter, ne oppressus, ab amore Do-  
mini auertaris. Idem super Cant. ser. 20.

Di-

Dilectionem si diligenter aduertas, fortasse secundū quinq; corporis sensus, quinq; partitam inuenies. Est enim amor pius, quo parentes diligimus: est erga omnes homines amor iustus: erga amicos suavis: erga inimicos amor violentus: erga Deum sanctus, siue deuotus: & in his omnibus, si diligenter attendas, proprium erga singulos: & omnino diuersum ab alijs sensum inuenies. Bern, in sentent.

## A M I C I T I A.

## E X G R A E C I S.

**P**RÆSTAT ridiculus amicus, quām grauis inimicus. Plutar.de Pulch.  
Nisi vterq; amet, neuter amicus est. ibidem.  
Amici ductu Dei fiunt. ibidem.  
Non possumus aliquo vti amico, & adulatore. Idē. de prec. Con.

Filius sicut in substantia derelicta: sic in paterna amicitia succedere debet. idem de Vit.vsu.

Graue est tunc sentire, qui non sunt amici, cum eis opus est. idem de Ami.et Ad.

Non afflito tatum est dulce vultum intueri viri benevoli: verum in vtraq; fortuna præsto est amicitia, non minus voluptatem & gratiam addens bonis, quām malis molestiam adimens. Plutar.ibid.  
**M**orum & studiorum similitudo conciliatrix amicitiae est. ibidem,

H ij L i-

## AMICITIA.

**L**ibereloqui proprium amicitiae est. Ibidem.

**Q**ui verus est amicus, is nec imitatur omnia, nec facile laudat omnia, sed optima tantum. Ibidem.

**A**d salutem, opus est vel bonis amicis, vel acribus inimicis. Idem de Ami. & Adtl.

**A**amicis utendum usq; ad Aras. De vit.ver.

**P**reclarum estima virum, cui contingit vel amici umbra. Ibidem.

**I**nconstantia fastidit amicos. Ibidem.

**A**micitiae, sanctum nomen est. Ibidem.

**P**rimum ad diligendos amicos iudicio opus est, dein de voluptate in conuersatido simul: postremo, ut sui simus, si nostra indigent opera. Plutar. ibidé.

**M**olesta est, in multos diffusa amicitia. ibidem.

**V**icissitudo beneficiorum, in amicitia necessaria est. ibidem.

**A**crior in nocendo est malignitas, quam in iuuando, amicorum dilectio. ibidem.

**A**micitia melior est divitijs: & nullus honorat divitiias propter se, sed propter aliud: amicitiam autem sic. Arist. Top. 8.

**D**omini ad seruum non est amicitia secundum quod seruus, sed secundum quod homo: quia ut seruus est ei dissimilis, ut homo autem est ei similis, idē Ethic. 8.

**P**roprium & maius amicoru est coniuuere. ibidé.

**A**micus se debet habere ad amicum, tanq; scipsum: quia amicus est alter ipse. idem Ethic. 4.

**N**ullus tantum tristatur propter malum illatum ab inī.

**S**pīamicis: quantum propter illatum ab amicis. idē de Poet.

**D**iu deliberatos amicos clige: eosq; uno affectu, non uno habens merito. Diog.lib.1.

**A**micos sequere, quos non pudeat elegisse. ibidē.

**A**mici vitam, tuam puta gloriam. ibidē.

**A**micus una anima est in duobus corporibus habitan-  
tans. idem lib.5.

**T**ales erga amicos esse debem⁹, quales illos erga nos esse optamus. ibidem.

**A**mici multi, amicus nemo. ibidem.

**A**mici in secundis rebus aduocati ad sint: in aduer-  
sis verò inuitati. Ibidem.

**D**esiderium quoddam amicorum est, amicorum co-  
gnoscere mala. Eurip.in Hel.

**A**micitiæ & inimiciæ mortaliū non sunt immor-  
tales: reguntur temporibus. ibidem.

**O**pta periculum non facere ex amicis. Scob.lib.1.

### EX LATI N I S.

**O**mnia cū amico delibera: sed de ipso pri⁹. Post ami-  
citiā credēdū est: ante amicitiā iudicādū. Sen.ep 3.

**I**nter bonos viros & Deū amicitia est, conciliāte vir-  
tute: amicitia dico, imò necessitudo & similitudo.  
ibidem.

**C**onstet illi licet fides & benevolentia: tranquillitate  
tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia  
gemen s. Tristum itaq; amicitiam vita. idem de  
Tranquil animi.

**M**ihī defunctorū amicorū cogitatio dulcis est: habui  
H iiij enim

## AMICITIA.

**e**nim illos, tanquam amissurus: amisi autem, tanquam habeam. Senec. Epist. 93.

**T**ibi potius, quam cuius sis amicus. ibidem.

**V**bi amici, ibi opes. Quintil. lib. 5.

**S**i vita presta omnia secunda, amicus otiosa res est. Quint. Decl. 6.

**N**ullas ego facilius perire crediderim, quam corporis charitates. Quintil. Decl. 2.

**Q**ui amicum intuetur, tanquam exemplar aliquid intuetur sui: quo circa & absentes ad sunt: & egentes abundant: & imbecilles valent: et (quod dictum est difficilium) mortui viuunt. Cice. in Lel.

**S**erpit nescio quomodo per omnem etatem amicitia: nec ullam etatis degendem ratione patitur esse experientia sui: ut vel iij, qui se totos tradiderunt voluptati, sine amicitia, vitam esse nullam sentiant: si modo vellint aliqua ex parte liberaliter viuere. ibidem.

**Q**uia non possum per nos omnia agere (alius enim in alia re est magis utilis (id circa amicitia comparatur, ut cumune communem mutuis officijs gubernetur. Cice. pro Rosc.

**I**n confirmata amicitia, et perfecta fide, commemoratione beneficiorum superuacua est. Idem pro Plan.

**P**erditissimi est hominis amicitia dissoluere, et fallere eum, quod Iesus non esset, nisi credidisset. idem pro Rosc.

**Q**ui fortunis alicui inducti amicitia eius sequuti sunt: iij simul atque fortuna elapsa est, deuolatoe: cù enī recessit res ea, quae fuit consuetudinis causa, nihil supest, quare possit in amicitia retineri. Id. 4. ad Herē.

Literas

## A M I C I T I A.

**L**iteras ad se ab amico missas, offensiōe aliqua interposita, in mediū pferre palāq; recitare, nihil aliud est, q tollere ē vita societatē, tollere amicorū collo qa absentiū. Multa enim loca solēt esse in epistolis, quē prolata si sint, inepta esse videātur: et multa seria, quē tamē nullo modo diuulgāda. idē in Philip.

**A**amicus cert⁹, in re incerta cognoscitur. idē de Amic. Si amicitiā ad vsum referamus nostrū, non ad illius quē diligimus cōmodum: nō erit ista amicitia, sed mercatura. Idem. 2. de Nat. Deo.

**M**e ipsum oportet ames, non mea: si veri amici futuri sumus. idem. 2. de Finib.

**I**n omnibus nouis coniunctionibus interest, quālis primus aditus sit: & qua cōmendatione amicitiae foræ aperiantur. ibidem.

**C**ū in amicitia, quæ honesta nō sunt postulantur: religio & fides præponātur amicitiæ. idē. 3. Offic.

**A**micitias, quæ nimis delectant, & minus probātur: magis decere sentiunt sapientes sensim desinere, q repente præcidere. idem 2. Offic.

**S**ic in amicitijs versari debemus, vt meminerim⁹ eas ad grauissimas iniurias posse conuerti. Max. lib. 7.

**I**n hoc errore versatur vel prudentissimus quisq;, vt plures suos (quā sunt) arbitretur amicos. Plin. li. 3.

**A**pus amicos, æque grata debet esse simplicitas dissidentis, quām probantis auctoritas. Plin. lib. 2.

**E**st quatenus amicitiæ dari venia potest. Gel. lib. 1.

**Q**uos viceris, caue tibi amicos esse credas. Curt. li. 7.

**A**mici vitia si feras: facis tua. Pub. Mim.

H iiiij Ita

## A M I C I T I A.

**I**ta crede amico: ut non sit inimico locus. **I**dem.  
**N**e quid spectes amicos, quod tu agere possis. **i**dem,  
**S**ivitare velis acerba quædam:

Et tristeis anima cauere morsus.

**N**ulli te facias nimis fodalem.

**G**audebis minus:& minus dolebis. **M**art.lib.12,  
**I**llud Amicitiae quondam venerabile nomen.

**P**rostat:& in quæstu pro meretrice sedet.

**O**uid.2.de Ponto.

## EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVST RIBVS.

**I**lle veraciter amat amicū, qui Deum amat in amico. **A**ug.de Dic.Ecc.

**N**ihil sic probat amicum, quãoneris amici portatio, **i**dem Lib.88.Quest.

**T**anto magis amo amicos, quanto magis vtuntur anima rationali, vel certe quantū defyderat ea bene vti. **i**dem lib.1.Solil.

**I**llam amicitię iustissimam esse legem puto:qua prescribitur, vt nec minus, nec plus quis amicū, quam seipsum diligat, **A**ugust.ibidem.

**A**micitia in malo esse non potest. **A**ug.ad Cons.

**A**micitia pauperū certior est, q̄ diuitū. **i**dē li.1.đAmi.

**A**micus, animæ dimidium est. **i**dem ad Cons.

**A**micus vitæ est medicamentum. **i**dē.6.de Ciu.Dei.

**A**micus est similis medico . Medicus non amat ægrotum, si non odit egritudinem:vt egrotum liberet, febrem persequitur . Nolite amare vitia amicorum, qui amatis amicos vestros. **i**bidem.

**Ami**

**A**mico laudanti credendum non est: sicut nec inimico detrahenti. Ibidem.

**N**ullius repudianda amicitia est, se se ingerentis ad amicitia copulandam: nō ut statim recipiatur, sed ut recipiendus optetur: atq; ita tractetur, ut recipi possit. Illum tamen in amicitia recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audeamus.

August. lib. 8. Quæst.

**V**irtus est amicitia, non quæstus. Amb. 3. Offi.

**S**i quid vitiis in amico cognoueris, corripe occulte: Si nō audierit, corripe palam. Errantē amicum corri ge: incorrigentem desere. Amb. Offi. 3.

**B**enevolentia facit, ut amici vulnera, quā amici oscula, vtiliora sint. Idem. i de Offi.

**D**e amicitia, omnis tollenda est suspicio: & sic cū amico, tanq; cum altero est loquendū. Hiero. in Ep.

**P**hilosophus sic inter hostes vjuendum censuit, tanq; inter amicos: inter amicos, ac si in medijs hosti bus viueretur. Chrysos. in Poli.

**V**bi amicitia permanet, nihil facile creditur, nihil facile recipitur, quod dissidium possit operari. Idem super Matth.

**V**t rara supellecstile, ita bonis amicis vtēdū est. Ibid.

**G**rauius me lèdunt amici supra modum laudantes, q; inimici detrahentes. Ibidem.

**N**ouę dignitates veteres solent amicitias immutare. Cassiod. in Epist.

**A**micitia tanto est certior, quanto yeçustior: quia facile mutari non potest, quod per longa secula cu.

H v sto

## A M I C I T I A.

stoditur. ibidem.

**Q**uatuor sunt vitia, quibus honor amicitie obfuscatur, scilicet: iracudia, instabilitas, suspicio atq; garrulitas. ibidem.

**T**antum diligenter inimicum qui mihi nihil facit mali, quantum amicum qui mihi nihil facit boni. ibidem.

## P A X E T C O N C O R D I A.

### E X G R E C I S E T L A T I N I S.

**N**IHL perniciosius ciuitati, q̄ diuisio: ut nihil melius quam vnio. Plat. de Rep.

Pax diutius retineri non potest, quam finiti mi populi patiuntur. Demost. in Olimp.

Dulce est nomen pacis, res vero ipsa tum iucunda, tum salutaris. Cic. Phil. 3.

Pax repudianda sub cuius nomine lateat bellum. ibidem.

Leges & iudicia esse non possunt pace sublata. ibidem.

Hoc unum est tempus de pace agenda, dum sibi uterque confidit, & pares ambo videntur. Cæsar de Bell. Ciui.

Bellum pacis est causa. Sal. ad Pleb.

Pax diuersis in mentibus esse non potest. ibidem.

Qui desiderat pacem præparet bellum. Veg. lib. 2.

Pace volūt etiā, qui vincere possunt. Liui⁹ li. 1. dec. 3.

Melior est certa pax, quam sperata victoria. ibidem.

### E X S A C R I S E T A L I I S V I R I S

### ILLVSTRIBVS.

¶ Con-

bus iam vénisse nunciatur. Aug. super Ioan.

Sacramentum gratiæ dat Deus per malos, ipsam vero gratiam non nisi per se, & per Sanctos suos. Idem de bap. lib. 5.

Salus sacramentorum propria est bonis, sacramenta vero propria communia sunt bonis & malis. Ibid.

Memento sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quo illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint: sed ipsis malis hominibus, ut hæc habeant ad testimonium damnationis non ad adiutorium sanitatis. Idem cont. Pet. lib. 2.

Sacmenta foris percipimus, vt intus spiritus sancti gratia repleamur. Greg. Super. i. Reg.

Sacmenta tutius in Ecclesia, quam extra eam sumuntur. Ibidem.

Multi secularium hominum, cum plus sacerdotis vitam quam suam discutiūt, in magnam contentiōnem diuinorum sacramentorum, & crimen incurruunt: magna enim trabe habētes vulneratos oculos, eamque negligentes: festucam tenerem in aliorum conspicunt oculis, quam dum in cautè festinant euellere, in foueam erroris dilabuntur, minus quidem considerantes, quod non eos sacerdotum vita læderet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum admonitionibus acquiescerent: sed dum hypocritarū more plus illorum famam quā vitam diiudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona sacramentorum. Idem in Mor.

## BAPTISMVS.

Q iiij. Be-

## BAPTISMVS

**B**ENEDICTVS dominus qui facit mirabi-  
lia solus , qui fecit vniuersa & conuertit vni-  
uersa: ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui  
paulo ante tenebatur captiui: & ciues Ecclesiæ  
sunt , qui fuerunt in peregrinationis errore: & in  
forte iustitiæ versantur, qui fuerunt in confusio-  
ne peccati. Non enim tantum sunt liberis & san-  
cti: non tantum sancti , sed & iusti : non solum  
iusti sed & filij: non solum filij sed & haeredes:  
non solum haeredes sed & fratres Christi : Non  
solum fratres Christi sed & cohæredes Christi:  
non solum cohæredes , sed & membra: Non tan-  
tum membra , sed & templum non tanrum templum  
sed & organa spiritus. Vides quot sint baptismi-  
atis largitates? Aug.contr.Iul.lib.i.

**G**enerat pater mortuus per uxorem filium suc-  
cessorum : generat Deus de Ecclesia filios, non  
successuros , sed secum mansuros . Idem su-  
per Ioann.

**A**parvulo' recens nato , usque ad decrepitum se-  
nem , sicut nullus est prohibendus à baptismo:  
ita nullus est qui non peccato moriatur in ba-  
ptismo : sed parvuli tantum originali , maiores  
autem etiam ijs omnibus moriuntur pecca-  
tis, quæcumque male viuendo addiderunt ad  
illud, quod nascendo contraxerunt. Idem in  
Eucharist.

**I**n aqua verbum Dei mundat , detrahe verbum,  
& aqua erit aqua, accedit verbum ad clemen-  
tum

tum , & sit sacramentum . Vnde ista tantavis aquæ , ut corpus tangat , & cor lauet , nisi faciente verbo ? non quia dicitur , sed quia creditur . Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens , aliud virtus immanens . Idem super Via.

Multa quamvis bona sint , & ad utile aliquid instituta , non omnibus tamen habentibus sunt utilia , sed tantummodo bene utentibus : idem cibus alias valetudines alit , alias laedit : idem medicamentum hos curat , illos debilitat : sic & baptismus aliis valet ad regnum , alijs ad iudicium . Idem contr . Cretc.

Auctoritatem dare baptismo suo hinc dignatus est dominus , ut cognoscerent servi quanta alacritate deberent servi currere ad baptismum domini , quando ipse dignatus est accipere baptismum servi . Idem super Ioan .

Lacrimarum fons , secundus baptismus est . Idem de Salut . Doct .

Baptismum legitimum hæretici habent , sed non legitime . Vnde extra Ecclesiam baptizari esse potest , sed non prodesse si actualia peccata superaddantur . Aug cont . Don .

Baptismi vices , passio , fides , cordis conuersio supplet . Ibidem libr . 4 .

Baptismus etiam spe rerum temporalium acceptus regenerat . Idem Epist . 25 .

Q. iiii Iterum

## BAPTISMVS.

Iterum baptizare, iterum est Christum crucifigere.

Chr.de lau.paru,

Baptismo accepto delitijs non est vacandum. Ibi.

Baptismus, crux & sepulchrum nobis est. Ibidem.

In baptismo, & rex, & propheta, & sacerdos effici-  
mur. Ibidem.

Baptizati inuiti, ad pristinam infidelitatem reuer-  
tuntur. Gre.in reg.

Quia in hoc mundo victuris, tota ætate inter inuisi-  
biles hostes gradiendum est, in baptismo regene-  
ramur ad vitam, post baptismum confirmamur  
ad pugnam. Euseb.Hom.de pœnit.

## CONFESSIO.

Vando nobis male est, confiteamur pecca-  
ta nostra: quando bene, in exaltatione  
iustitiae confiteamur laudem Deo. sine  
confessione non simus, Aug. sup ps.29.

Confessio tua non Deum docet: sed te mundat. id.  
super psalm.74.

Confiteri modo, quod tu fecisti in Deum, & confite-  
beris quod fecerit tibi Deus: confitenti peccata  
dimisit. vt ei postea laudem eius cōfitens, in eter-  
num non compungaris a peccato. Ibidem.

Maximē ad laudem Dei pertinet, quando confiteris  
peccata tua, quia tanto amplius laudatur medi-  
cus, quanto plus desperatur ægrotus. & tanto maior  
est laus ignoscētis, quanto est maior exaggera-  
tio cōfi-

tio confitentis. Idem. super psal. 93.

Cofessio peccatorū humiles nos facit. Au. sup ps. 47  
Mala quæ facimus, sponte confiteamur: & hæc alijs  
arguentibus non negemus. Greg. 21. mor.

Apud aures Dei, valida vox est deuota confessio.  
Id. 26. mor.

Signum veræ confessionis, in afflictione pœnitentiæ est. Id. super 1. reg.

Bonæ mentis est, ibi agnoscere culpam, vbi culpa nō  
est. Ibidem.

Confessio, erroris medicina est, Ambr. de virg.  
Apertas confessionis fenestræ, inueniat in nobis  
Dominus. Ber. super cant. ser. 29.

Confessio humiliis sit, & pura, & fidelis. Ibidem.

Si patet vitium, fit ex magno pusillum; si latet fit ex  
minimo magnum: silentio culpa crescit. Isid.  
in Epist.

Primus fœlicitatis gradus est non delinquere, secundus  
delicta cognoscere, illic currit innocentia in-  
tegra quæ seruet, hic succedit medela quæ  
sanet. Ibidem.

Non sufficit summis labijs dicere, peccavi, parce.  
remitte: & Saul dicebat peccavi, sed non obti-  
nuit veniam quam David vna pœnitentiæ voce  
promeruit: Quia confessionem illam nuda ma-  
gis verba, quam veri gemitus exprimebant:  
quia non compensabat magnitudinem crimi-  
nis lenta humiliatio supplicantis. Non leui  
agendum est contritione ut delicta illa redi-

Q v mantur,

## P O E N I T E N T I A.

mátor, quibus mors & eterna debetur: nec transitoria opus est satisfactione pro malis illis propter quæ paratus est ignis eternus. Si volamus intelligere quám graues faciat apud se iudex noster culpas, respiciamus ad pœnas. Euseb. hom. 5.

## P O E N I T E N T I A.

### EX GRÆCIS ET LATINIS.

**Q**VI non pœnitet, ex concupiscentiarum prosecutione, insanabilis est. Arist. Eth. 3. Quædam emendatio, pœnitentia est. Quint. dec. 9. Satis pœnarum est pœnitentia erroris. Hug. de 3. l. 7.

### EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILL VSTRIBVS.

**N**ihil aliud agit; quem veraciter pœnitet, nisi id quod male fecit impunitū esse non sinere. eo quidem modo sibi non parcendi, parcit ille cuius alium iustumq; iudicium nullus contéptor euadit. Aug. ad macedo.

**M**ulti assiduè se dicunt peccatores, & tamen adhuc delestat eos peccare, professio est non emendatio accusatur anima non sanatur: pronunciatur offensa, sed non tollitur. Pœnitentiam certam non facit, nisi odi um peccati & amor Dei. Ibideim.

**S**i vis verā pœnitentiā agere, iam peccata noli cōmitere, sed commissa ieiunijs, & orationibus defle: & tamē quod absit si peccaueris postquam pœnituitisti, & promisisti Deo te amplius non peccaturū,

nop

non desperes: sed age grauiorē pœnitentiā quā pri-  
mo egisti: quia quotiēs cadit homo, totiēs debet re-  
surgere & plangere excessum suum cūm gemitu  
& suspirio. Ibidem.

Ille qui sua scelera cogitat, & statim confessus fuerit  
veniam se adepturū credat. Si enim vis pœnitē-  
tiam agere, quando peccare non potes, peccata te  
dimiserunt, non tu peccata. Ibidem.

Null⁹ hoiū trāsit ad Xpū vt incipiat esse qd' nō erat,  
nisi eū pœnitentiat esse & fuisse qd' erat. Au. ho. d pœn  
Prouidentia Dei, ne desperando augeamus pecca-  
ta propositus est pœnitentię portus: rursus ne nī  
mis cōfidamus dat⁹ est dies mortis incertus. Ibi.

Pœnitentia huius temporis, dolor est medicinalis:  
pœnitentia tēporis iudicij dolor ē finalis. Au. i cōs.

Agere pœnitentiam aliquicin qui ægrotat, aut quādo  
nimis senex est, nec laudo, nec vitupero, quia pec-  
cata eum dimiserunt non ille peccata: sed laudo  
si tunc declinat à malo & facit bonum: quando  
omnia mala perpetrare potest. Idem de pœn.

Tres syllabæ sunt l'ēccau: Sed tantum valent, vt in  
illis flamma sacrificij cordis ascēdat in cœlum.  
Ibidem.

Nemo arbitretur se salubre pœnitentia consilium  
deberē contemnere: quia multos forte aduertit  
& ne uit ad sacra altaris accedere, quorum talia  
crimina non ignorat. Multi n. corrigūtur vt Petr⁹:  
multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciūt donec  
veniat dominus & illuminet abscondita tenebra-  
rum.

## POENITENTIA.

rum, & manifestet consilia cordis. Id.li.hom.50.  
**S**unt multi quos peccare non pudet, agere pœnitentiam pudet. O incredibilis insania, de tuo vulnere non erubescis, de ligatura vulneris erubescis.. Aug.super psal.50.

**P**œnitens de misericordia Dei quam postulat, præsumat. Gre.in past.

**Q**uod Dauid peccauit, conditionis est: quod supplicauit correctionis, lapsus communis est: cōfessio specialis: in culpam itaq; incidere naturæ est, dolere autem virtutis est. Amb.de Dauid lib.1.

**S**i erramus paruam pœnitentiā imponendo, melius est de misericordia Deo rationē reddere quām de austерitate. Vbi enim pater familias est largus, dispensator non debet esse auarus, & si Deus benignus, ut quid sacerdos austerus? Chry.super math.

**N**on dolere quia peccasti, magis indignari facit Deū quām illud peccatum quod antea perpetraueras. Ibidem homil.32.

**S**icut in præceptis medicinæ medicamentum quidē multas herbas recipit, vnam autem dominantissimam: sic in pœnitentia, elemosyna quidem dominior est, & yniuersum conficit. Ibidem.

**Q**uantum displicet Deo impudentia peccatoris, tantum verecundia peccatoris placet. Bernard. in Epistol.

## CONTRITIO.

Qui

## CONTRITIO.

127

VI se conuertit, irascatur sibi: se habeat  
iratum ut Deum habeat placatum: se  
habeatiudicem, ut deum habeat defen-  
sorem. Aug. de pœn.

Compunctionis præcipue partes sunt timor, & amor.

Greg. 3. dia.

Aliâ est compunctionis siue cōtritio, que per amorem  
nascitur, alia quæ per timorem: quia aliud est sup-  
plitia fugere, aliud præmia desiderare. Id. 8. mor.  
Afflita mens citius inuenit malum quod fecerat,  
cuius secura non meminit. Ibidem.

Quo uberiorius culpa fletur. eò altius cognitio verita-  
tis attingitur. Idem 27. mor.

Qui nescit lugere quod grauat, non valet proferre  
quod subleuat. Vis compunctionis cordis poros  
aperit, & pennas virtutum fudit, cumq; se studio  
se mens de pigra vetustate redarguit, alacri no-  
uitate iuuenescit. Idem 21. mor.

Sola compunctionis est quæ facit animam horrere pur-  
puram, desiderare cilicium, amare lachrymas, fu-  
gererisum. Chri. de compunct.

Hæc est humiliati cordis vera compunctionis, magna  
agere & humilia loqui, iusta operari, & supra pec-  
cantes timere. Ibidem.

Sicut impossibile est ut ignis inflammetur in aqua:  
ita ini impossible est compunctione vigere in delitijs:  
cōtraria enim hæc inuicē sunt & perēptoria. Ibid.  
Dominus nescit differre, quem cōpuncto corde sibi  
senserit supplicare. Casiod. super psalm.

Com

## CONTRITIO.

Pungeris bene, si compungeris. Ber. super Cant.  
Cōunctionem vel cōtritionē peccatorū qui nō ha-  
bet mundam non habet orationem. Idem ad for.  
Inditum veræ cōunctionis, subtractione occasionis  
est. Ber. ad for.

## EUCHARISTIA.

**A**ccipe quotidie, quod quotidie tibi prospicit, sic  
viue ut quotidie merearis accipere: qui nō me-  
retur quotidie accipere, non meretur post an-  
num accipere. Audis quod quotienscumq; offer-  
tur sacrificium, mors domini, resurrectio domini,  
& remissio peccatorū significetur: & panē istum  
vitæ nostræ quotidianum non assumis? Qui  
vulnus habet medicinam requirit: vulnus est  
quia sub peccato sumus, cœlestis, & venerabile sa-  
cramentum medicina est, quotidie si accipis, quo-  
tidie est tibi hodie, tibi hodie christus passus est ti-  
bi quotidie resurget. Aug. lib. de Verb D.

Vocatur caro quod non capit caro: & ideo magis nō  
capit caro, quia vocatur caro. Ibidem lib. 4.

Quotidie Eucharistiæ cōmunionem percipere, nec  
laudo, nec vitupero, omnibus tamen dominicis  
diebus communicandum suadeo & hortor: si tamen  
mens in affectu peccandi non sit. Nam habē-  
bitem adhuc voluntatem peccandi: grauari magis.  
Eucharistiæ perceptione quam purificari dico.  
Et ideo quamuis quis peccato mordetatur, peccā-

di

ire: timendū itaq; est, ne nobis cadētibus, surgat  
qui nobis stantibus irridetur. Greg. 15. Mor.

**S**i quis renunciat omnibus quæ possidet, & suis nō  
renunciat moribus, non est Christi discipulus: qui  
enim renūciat rebus suis, sua abnegat: qui vero re-  
nunciat suis moribus, seipsum abnegat. Ibidem.  
3. de Sum. Bo.

## V I T I V M.

## E X L A T I N I S.

**V**itam misericordia vincit, vitijs vincitur. Sene. ep. 51.

Nullum intra se vitium manet, aliud ex alio  
oritur. Ibidem.

**V**itia nostra quæ amamus, defendimus: &  
malumus excusare illa, quā excutere. Idē ep. 112.

Omne vitium contra naturam pugnat. Idem Ep. 133.

Nulli vitium est, nisi cui virtus esse potest. Ibidem.

Serpunt vicia, & contactu nocent, & in proximum  
quemq; transiliunt. Idem de Tranq. Ani.

Animi totidem vicia sunt, quot virtutes. Quint.

In quibusdam virtutes non habent gratiam, in qui-  
busdam vicia ipsa delectant. Idem lib. II.

Vicijs nostris per oculum in animum via est. Idem  
Declam. I.

Finem aliquem sibi vicia ipsa excipiunt. Salust.

Nobis persuasi esse debemus, si omnes Deos cœlare  
possimus, nihil tamen auare, nihil libidinose, ni-  
hil intemperanter esse faciendum. Cice. 3. Offi.

Aa v EX

## VITIUM.

### EX SACRIS ET ALII S VIRIS ILL VSTRIBVS.

**V**itia sunt aliquando virtutum incitamenta. **August.** de Ver. Rel.

**V**itia odienda sunt, non vitiosi. idem de quant. ani.

**I**n vicia, multis vicijs itur. idem. 9. de CIVIT. DEI.

**O**mnia vicia stultiæ nomine includuntur. idem de Vit. Beat.

**V**itiorum noticia non displiceret, sed ipsa vicia. idem. 9. de Trinit.

**H**omo vitium cui seruit dominum sibi facit. ibidē.

**V**num etiam vitium, à beatitudine excludit. idem libr. 4. de Bap.

**C**um vicijs pugnandum est, quamdiu vivitur. idem contr. Iul.

**N**ihil vitiosum nascitur: sed vitium fit, si male vtramur affectibus: virtus, si bene. Hiero ad Dem.

**Q**uidam superbiam libertatis loco ducunt: adulacionem pro humilitate suscipiunt, malitiam prudenteriæ nomine amplectuntur. & stultiæ simplicitatis nomen imponunt, hac fallaci atq; pessima similitudine decepti, de vicijs pro virtutibus gloriantur. ibidem.

**N**on tantum expellenda sunt vicia, sed refellenda. ibidem.

**S**i forte nos studio contra vitiorum incentiuia constringimus: ipsa etiam vicia ad usum virtutis immutamus: non nullos namq; ira possidet, sed hanc ad defensionem iustitiae in vocem libere auctoritatis

tatis immutant, nō nullos fortitudo carnis illecebret, sed dū exercendis pijs operibus corpus subdunt, vnde iniquitatis stimulum passisunt, inde pietatis lucrum merentur. Greg. in Mor.

Pluit vitium, vbi pluit aurum. idem in Reg.

Vitia, captum hominem diabolum faciunt. Chrys. ad Pop. Antio.

Sublimabūt nos affectus nostri, si fuerint infra nos, de nostris etiam vitijs, scalam facimus, si via ipsa calcamus. Euseb. de Asc. Domi.

Omnia penē vitia ex incredulitatis vitio oriūtur.

Vitia ante conuersionem quasi pacem cum hominibus habent, quando autem expelluntur, acriore virtute consurgunt. Isid. de Sum. Bon.

## MALITIA.

### EX GRÆCIS.

**I**mpossibile est mala penitus extirpari. Plat. & Sc.  
Virtus sanitas est, prauitas morbus. ibidem.

Virtutis una species est, prauitatis innumeræ.  
idem de Rep.

Malum est facile, & bonum difficile. Arist. Ethic. 2.

Malus mittit manum ad impossibilia. idem Pol. 5.

Qui malus est, & sapiens habetur: eo plura peragit mala quo acutius cernit. idem.

Sicut corpus ex valetudinario corpore ortum obseruari debet, sic malitiæ innatā similitudinem in adolescentium pullulantibus moribus. Plut.

Im-

## MALITIA.

**I**mprobitas ex seipsa supplicium sibi instituit. Idem  
de ser. num. vind.

**M**alitia non potest in potestate latere. Idem.

**M**agnus artifex infelicitatis est, ipsa peruersitas.  
Idem de Curios.

**F**ortuna nō est infelicitatis effectrix: nisi improbi-  
tatis præsidio. Ibidem.

**P**eruersitas morum, omnem fortunam in amoenam  
facit. Idem de Virt. & Vit.

**A**crior est in nocendo malignitas, quam in iuuando  
amicorum dilectio. Ibidem.

**V**ir malus est, & is qui malum laudat: & is qui à bo-  
no vituperatur. Plut. ibidem.

**N**ullus vñquam bonam fortunam habuit, injustus  
existens. Eurip. in Hel.

**M**ali semper timent. Ibidem,

## EX LATINIS.

**N**ullum sine autoramēto malum est, auaritia pe-  
cuniam promittit, luxuria varias voluptates. Se-  
nec. Epist. 68.

**T**antum quotidie nequitia proficit, ut satiscōsequa-  
tur, qui inter pessimos non est. Idem Epist. 36.

**A**deo præualuit nequitia, ut innocentia nō rara, sed  
nullā sit. Idem de ira. lib. 2.

**A**d multorum amicitiam faciliorem aditum habet  
nequitia & audacia, quam cuiusvis virtus, & in-  
tegritas. Cicer. contr. Ver.

**I**n his quæ à malis bene fiunt, hic tenendus est mo-  
dus, ut appareat auctorem displicuisse, non fa-  
ctum.

Etum. Plin.in Paneg.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. Pub. Mim.

Nou i ego hoc seculum moribus quibus sit malus:

bonum malum esse vult, vt sit sui similis. Plaut.

Iniustos creuisse queror: tollitur in altum, vt lapsu  
grauiori ruant. Claud.

### EX SACRIS ET ALIIS VIRIS

#### ILLVST TRIBVS.

¶ Iniquitas florere perpetuo non potest. Aug. ps. 62.

Non mali, sed malum ex nobis est auferendum.

Idem contr. Parm.

Non statim malum est, quod minus bonum est. Idē  
contr. Manich.

Mala etiā potentiam Dei prædicant. Idē. 22. de Ci. D.

Mali ppter vniuersi decorē creati. Id. 3. d. Doct. Chr.

Nemo mālus est natura, sed vitio. Idem. 14. de Ci. D.

Malus, vbiq; est malus. Idem. 2. contr. Don.

Malus primō sibi quisq; nocet. Idem psal. 34.

Melius iudicabit Deus de malis bona facere, quam

mala nulla esse permittere. Idem in Ench.

De malo nō desperandū est, quādiu viuit. Idē ps. 36.

Malis, malorum copia solatio est. Idem psalm. 96.

Mali, mali simulatione nō sunt lucrādi. Id. cōt. Méd.

Pro malis orandum potius est, quam qui sint quærē  
dum. Idem psalm. 139.

Semel malus, semper præsumitur malus, saltem in  
eodem genere mali. Apud Iurisconsul.

Malum vnum est causa multorum. Ibidem.

Oculo prauo vitiatoq; mala sunt, etiam quę optima.

Mali

## M A L I T I A.

**M**alitiorandi, pacis causa. ibidem.

**M**ala populo ppter paucos immittitur. Basí. d' Fam.

**M**alitiæ magnus est labor. Chrys. Hom. 25.

**M**alitia semper armata est, nunquam veritatis ratio ne corrigitur. idem de Nat. Domini.

**M**alitia semper suum venenum seruat, vt hostiliter aduersetur animæ. idem Epist. ad Colo.

**I**mplus ipse sibi pœna est. Ambr. de Offi.

**I**mpietas fœlix periculosisima est. Chrys.

**M**alus nunquam nemo necessariò fuit. ibidem.

**I**deo Deus potētiores esse iniustos permisit, vt essent quia ad malum cogere possent, & ideo virtus es-  
set preciosa, quod rara. Lact. de ira Dei.

**I**mprobitas facilis est captu. Nazanz.

**F**it plerūq; vt dum iniqui correcta in se vitia defen-  
dere nequeunt, ex verecundia peiores fiunt, & sic  
in sua defensione superbiunt, vt quædam vitia cō-  
tra vitam corrigitis exquirant.. Greg. in Mor.

**S**icut ignis amoris semper erigit: ita ignis malitiæ  
semper inuoluit quia & spirit⁹ sanctus cor quod  
replet eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora sem-  
per incuruat. Greg. super Ioelē.

**P**rauē mētes tumultus intra se versare nō cessat, etiā  
cū vacant: seruat enim in cogitatione depicta qd'  
amāt: vt quāuis nihil faciat exteri⁹, apud se tamē  
sub pondere inquietudinis laborant. idē. 5. Mor.

**V**ir duplex animo, incōstās est in vijs suis. Ber. i ep.

**Q**ui sibi nequam, cui bonus? idem,

**M**alicognitio, malū non est, sed actus. idē sup ps. 35.  
Coēr.

Coereri omnino nō potest, animus prava semel voluntate vitiatus, quia scelus sapere nescit, & ira consilium non habet. ibidem.

Prauitatis causa est ignoratio sui. ibidem.

## INIVSTITIA ET MALEFICIVM.

## EX GRÆCIS ET LATINIS.

**V**NUS hominis aut temporis scelus, toti nationi perpetuā labē, & dedecus imponit. Dem.in Oli. Nullum nephās est sine exemplo. Sen.ep.76. Mors per omnes it: qui occidit cōsequitur occisum. idem Epist.94.

Tuta esse scelerā possunt, secura esse non possunt. idem Epist.96.

Nullum scelus impunitum est, quia sceleris in scelerē supplicium est. ibidem.

Dignū est odio scelus, qđ nō habet causā. Quin.li 7.

Difficillima est cuiusque grauissimi sceleris fides. ibidem. libr.4.

Scelerā non hābent consilium. Ibidem.

Præteranimum, nihil virium hābet parricida. idem Declam. I.

Omnia facinora causas, aut decupidityte, aut de similitatibus trahunt. idem Declam.15.

Summorum facinorum ipsa immanitas innocentia est. Quint Declam.10.

Lucrificat mortis atrocitatē, quisquis laudatus oēciditur. ibidem.

## INIVSTITIA ET MALEFICIVM.

Nihilest crudelius morte hominum, quos populus occidit. Ibidem.

## EX SACRIS ET ALIIS VIRIS ILLVSTRBVS.

¶ Qui sine publica administratione maleficum occiderit, velut homicida iudicabitur. August. de Ver. Innoc.

Parricidis legem nullam Solon constituere voluit.  
Idem. 3. de Ciuit. Dei.

Iniustitiam satius est ferre, quam facere. Idem.

Qui fit nimiū iust⁹, ipso nimio, fit iniust⁹. Id. d. ver.

Nihil interest vtrū verbo, an ferro occidas. Lacl. li. 6

Maleficio præda coniuncta est. Idem.

Maleficium nullum sine formidine est, quia nec sine conscientia est. Tertul.

Non est immunis à scelere, qui vt faceret impetravit. Cypr. libr. 2. Epist.

Scelus vindicta sequitur. Ibidem.

Ita scelera festinant, quasi contra innocentia festinatione præualeant. Idem. 1. Epist.

Homicidi⁹ radix iracundia est. Chry. super Matth.

Nocens est, qui aut innocent⁹ nocet, aut nocenti parcit. Ibidem.

## IGNORANTIA ET STVLTITIA.

### EX GRÆCIS.

Ignorantia, causa est respondendi varia, & nō eadem. Plut. de Sum. Bo.

Argu-



## IGNORANTIA ET STVLTITIA. 191

Argumentum ignorantiae est, à sapientibus dissentire. Idem de Mund.

Turpe est ignorare, quod omnibus scire conuenit. Arist. Rhet. 2.

Imperiti, velut distates a longè speculatur. Id. Elen. Ignorare turpia, melius est quam scire ea. Idé Metaph. II. Insipienti sapientia loquens decipere videtur. Euripi. in Bach.

Imperitia maiore ex parte omnibus dominatur. Ib. Vnicum est bonum scientia, & vnicum est malum insipientia. Diog. lib. 2.

In via nec propera, nec manum moueas, stulti enim in ditium est. Ibidem.

Nemo stultus tacere potest. Ibidem.

Molesta res est, stultescere cum stultis. Ibidem.

Stultitia mihi magna videtur intelligere quae oportet, & ea non cauere. Demost. Olin.

Non est quicquam audatius, quam imperitia. Ibidé.

Stulti desyderant absentia, præsentia vero & si meliora præteritis, negligunt. Stob lib. 2.

Stultus diues, mancipium est aureum. Ibidem.

Quod statua durius est, stultus est. Ibidem.

Timidus arma contra se habet, stultus autem pecunias. Ibidem.

Tonitrua pueros, & minet stultos territant. Ibidem.

Stultitia finis est infortunium. Stob. ibidem.

Imprudentibus satius est regi, quam regere. Ibidem.

Stultitia hæreditarium malum est. Ibidem.

EX LATINIS.

Bb qm

## IGNORANTIA ET

**I**mprudētes non sibi relinquēdi sunt. Senec. Ep. 12  
**O**mnis stultitia laborat fastidio sui, nisi sapienti sua  
non placent. Idem Epist. 9.

**I**nter cætera mala hoc quoq; habet stultitia malum,  
quod semper viuere incipit. Idem Epist. 13.

**S**tulti vita molesta est, trepida est, tota in futurum  
fertur. Idem. Epist. 15.

**O**mnium malorū causa stultitia est. Cic. de. pet. cōs.

**O**mnes stulti in saniunt; & omnia stultorum plena  
sunt. Idem 4: Tusc.

**S**tultitiae hoīum nobis deuorādæ sūt. Id. d̄ clar. Ora.

**C**ontra omnes sapere, despere est. Ibidem.

**I**deo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos  
egrotare ignoramus. Idem ad Bru.

**H**omines imperiti facilius quod stulte dixeris repre-  
hendere, quam quod sapienter tacueris probare  
possunt. Idem. 2. de Orat.

**H**oc est maximum ignorantiae malum, quod credit  
eum scire, qui moneat. Quint. lib. 12.

## EX SACRIS, ET ALIIS VIRIS ILLVSTRIBVS.

**P**ost reuelationem veritatis factam, qui in eo quod  
errauerat perseverat, prudens & sciens sine venia  
ignorantiae peccat. Aug. 4. de Bapt.

**I**deo diuina præcepta data sunt, ut homo de ignorā-  
tia excusationem non haberet. Id. de lib. arb.

**I**lle ignorans poterit excusari à poena, qui quod disce-  
ret nō inuenit, illis autē hoc ignosci nō potest, qui  
habētes a quo discerēt, opā nō dederūt. Id. l. quēst.  
Igno

**S**enectus non facit laudabilem. Ibidem,  
Ut æqualiū usus, ita senū dulcior est. Amb. in Hex.  
**Q**uæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus.  
Ibidem.

**E**rubescat senectus, quæ se emendare non potest. Ibidem.  
**Q**uid naturam incusat homo? habet illa impedimenta quædam, senectutem & infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior est, in consiliis subtilior, ad constantiam mortis promptior, ad reprehendendas libidines fortior, infirmitas corporis, sobrietas mentis est. Ibid.

**I**nter abusiones huius seculi, sola maiore est, senis obstinatio. Hug. de Claus. Anim.

**N**ihil est quod senectuti magis noceat, & dies hominis abbreviet, quam tristitia. nihil est hilari senectute iucundius. Celsiod. in Epist.

**I**usti senes, peccata adolescentiae formidant. Greg. in Mor.

**S**enibus mors est in ianuis, iuuenibus autem in infidis. Bern. in Epist.

## TEMPVS, ET ÆTAS.

### EX GRÆCIS.

**F**initi ad infinitum nulla est proportio. Arist. Phi. 8.  
Instans est principium futuri, & finis præteriti. Ibidem.

**S**apientissimum omnium tempus est, invenit enim omnia

## TEMPVS, ET

omnia. Plut. in Apophleg.  
Insipientes bona quoq; præsentia transmittunt, vñ  
dead futurum vergunt intentissimè eorum cu-  
ræ, prudentes contra acris recordatione reducunt  
in rem præsentem, vel ea quæ iam non sunt, insta-  
re etiam atq; adesse faciunt. Ibidem.

Nullum tempus est intempestiuum ad animæ sanita-  
tem. Diog. lib. 10.

Tempus legibus potentius est. Ibidem.

Præsens apud te necessaria meditare, ne præsens ab-  
sis. Stob. lib. 4.

Factum quod est, nouit & stultus. Homer. Iliad. 28.  
Ad melius verte futurum, quodcumque accidit. Eu-  
ripid. in Her.

## EX LATINIS.

¶ Quem mihi dabis, qui aliquod pretium temporis  
ponat? quidiem æstimet? qui intelligat se quoti-  
die mori? Sene. Epist. 1.

Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Ib.

Punctum est quod vivimus, & adhuc pœsto minus.  
Idem Ep. 49.

Infirmæ terrenæque mentis est, numerare annos.

Quint. Dec. 4.

Sensim sine tensu ætas senescit, nec subito frangi-  
tur, sed diuturnitate extinguitur. Ibidem.

Quæ potest esse in vita iucunditas, cum dies a  
noctes cogitandum sit, iam iam esse moriendum.  
Idem Tusc. 1.

Sæpè vtile est nescire quod furum est, miserum est  
enim

enim nihil proficiem ang. Idem. 3. de Nat. D.  
Nunc satis est placuisse paucis, posteriora æquiora  
sunt iudicia. Ibidem.

**E**x præterito possunt futura deprehendi. Plin. lib. I.  
Præterita non præterisse impossibile est. Ibidem.  
Dies alius de alio iudicat. Ibidem.  
Alijs tempora defunt, alij temporibus super sunt.  
Max. libr. 6.

Tanto breuius omne, quanto fælicius tempus. Plin.  
libr. 8.

**Q**uod fieridebet de proximo, habetur pro facto.  
Apud Iuriscons.

Præterita magis reprehedi, q̄ corrigi possunt. Ibid.  
**EX SACRIS ET ALIIS VIRIS**

### ILLVSTRBVS.

**I**n toto seculo generis humani primum tempus est  
ante legem; secundum sub lege; tertium sub gra-  
tia; quartum in pace. Aug. Quæst. 82.

Homini crescenti non adduntur, sed subtrahuntur  
anni. Idem super psal. 65.

Tempus species mensuræ est, & tempora transeunt,  
vt veniat mensuræ promissio. Ibidem.

Ne dicas meliora fuerunt tempora q̄ nunc sunt: virtu-  
tes faciūt dies bonos, vitia malos. Hier. su. eccl. li. 2

Ne nimium operis consumas in rebus levissimis, fu-  
gax est ætas, & vitrea res valetudo: non quibusli-  
bet est impendenda, quædam despicienda sunt, &  
animus ad magna erigendus. Idem.

### NOVITAS.

Sapiens

## NOVITAS.

**S**apienti nihil nouum aut per grinū est Diog.  
libr. 6.

Magna pars mali, apud imperitos, nouitas est.

Sene Epist. 77.

Superuacuus foret in studijs labor longus, si nihil li-  
ceret melius inuenire præteritis. Quint. hb. 4.

Nihil est simul inuentum & perfectum . Cecer de  
Clar. Orat.

Euētus varios res noua semper habet. Oui. 3. d Pōt.

Nouū omne & in cognitū qđ est, suspectū est. I est.

Gratiam conciliat nouitas. Ibidem.

Nouum factū, nouum consiliū expetit. Apud Iuris.

Nouitas contra Ecclesiæ ritum mihi non placet, ma-  
tere est enim nouitas temeritatis, soror supersticio-  
nis, leuitatis filia. Bernard. in Epist.

## ANTIQUITAS.

**M**ulta egerunt, qui ante nos fuerunt, sed nō  
peragerunt. Senec. Epist. 65.

Exempla ex veteri memoria ac monumē-  
tis, plena dignitatis, plena antiquitatis , plurimū  
solent & authoritatis habere ad probandum, & io-  
cunditatis ad audiendum. Cic. in Vert.

Multo plura reperiuntur apud veteres , quæ nobis  
probāda sunt, q̄ quæ repudianda. Col. de Re Rust.

Antiquitas, humana diuinis miscuit . Livi. libr. 1.  
Dec. 1.

Antiquis

**A**ntiquis in rebus si qua sunt veris similia, pro veris accipiuntur. Ibidem.

**N**ihil motum ex antiquo probabile est. Ibidem:

**V**eteribus standum est, nisi ubi usus euidenter ar-  
guit, Ibidem.

**A**ntiquitas non prejudicat antiquitati. Aug. quæst. ex Vir. test.

**A**ntiquitas errorum omnium mater est. Idem Serm. de Nup.

**V**eteribus suo multa licuerunt tempore, quæ nunc non licent. Aug. 3. Conf.

**A**ntiquorum gesta nobis prophetæ sunt. Greg. super. Psalm.

## PRINCIPIVM.

### EX GRÆCIS.

**P**rincipium dimidium operis est. Plat. de Leg.  
Principium quantitate est minimum, potestate  
est maximum. Arist. Elench. 2.

**P**rincipio iuvento facile est augere reliqua. Ibidem.

**C**ontra negantes principium non est disputandum.  
Idem Phys. 1.

**A**lteratio subita non habet principium. Id. Ph. 2.

**P**ropensi in vitiis fugiant ab initio. Plut. de Polit.

**D**ifficultas initii patienter ferenda est: habent enim initia nec nihil obscuritatis, quod iuvenes inex-  
pertos torquet. Idem de off. audit.

**Q**uid docere aliquid instituit, necesse habet aliquod  
Sf cer-

## PRINCIPIVM.

certum & indubitatū p̄estare principiū. Diog.li.7

EX LATINIS ET SACRIS.

Vt peruenire ad summa, nisi ex principijs nō potest: ita procedente iam opere, minima incipiunt esse quae sunt prima. Quint.li.12.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressibus vsi augentur. Cic.5.de.finib.

Egressus malitiæ virtutis operatur ingressum. Amb. de offic.

Sicut nemo suum cognouit initium, sic nec cognovit exitum. Greg.29.Mor.

Quod inter principium & finem clauditur, breve est. Idem 14.Mor.

## MEDIVM ET PRÆTERITVM.

P̄xterita magis reprehēdi, quam corrigi possunt. Plin.li.12.

Non queritur quid vel qualis fuerit: pr̄xterita enim nec condēnant, nec iudicant. Amb.de.Offi.

Primordia recolenda sunt, attendenda media, præcauenda nouissima. Ber.2.de Cens.

Medium tene, si non vis perdere modum. Ibidem.

Quanto aliquid magis accedit ad medium, tanto est melius: & quanto magis recedit, tanto est peius. Arist.Poli.4.

Aliquando dimidiū plus est quā totum. Plat de leg.

Medium sapit naturam extremonum. Apud Iurisç,

Fl.

## FINIS EX GRÆCIS.

**C**uius finis est melior, ipsum quoq; est melius.  
Arist. Top. 3.  
Finis est magis eligendus, quam quæ sunt ad  
finem. Ibidem.

Finis non solum est ultimum rei, sed & optimum.  
Idem Phi. 2.

Quoties exitus rei sati ostedit principia, debemus  
esse contenti, quo cætera intelliguntur, Quint.,  
lib. 4.

Hoc plerumq; facimus, ut consilia euētis pondere-  
mus: & cui bene aliquid cesserit, multū illū præci-  
disse: cui secus, nihil sensisse dicam⁹. Cic. pro Rab.  
Euentus belli, quasi iudex iustus est. Liui. dec. 3. li. 4.  
Sirationem posteritatis habeas, quidquid nō est in-  
choatum, pro peracto est. Plin lib. 4.

EX SACRIS ET ALIIS VIRIS  
ILLVSTRIBVS.

Multum interest cum aliquid boni facimus, cuius s-  
rei contemplatione facimus: officium quippe no-  
strū non officio, sed sine pēsandū est. Aug. sup Ioā.

Finis laudabile reddit opus. Idem de Mor. Man.

Sicut non est finis gaudio honorū: ita non est finis  
tormento malorum. Greg. 4. Dial.

Quoniam euentus rerum voluntati se non accom-  
modant nos voluntatem euentibus accōmodare  
debemus. Idem lib. 3.

Primi Tomi finis.

*Joan. Barrerius  
monachus notarius  
de vaticano de Terni*  
**FRA TER FERDINANDVS**  
de Tauora, venerabili Andreas  
Ebcrensi. S.

**P**Erlegi (venerabilis Andrea) hos lecces omnes, ex tot grauissimis autoribus de promis-  
ptos, tam ethnicorum quam sanctorum  
patrum : cumq; negotium quod suscep-  
sti, non ultra procedat, quem in vnum congerere,  
quod sparsim legeris, & quae utili ac per uigilielectio-  
ne collegeris, seuerius examinari non requirit: vidi-  
sti, collegisti, scripsisti, iam probata in lucem profer-  
ri possunt. **V A L E,**



CONIMBRICAE.

200.

*Excudebat Joan. Barrerius. Idib. Ianuar.  
Anno. M. D. LXIX.*





Obra protegida por direitos de autor